



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

§. 2. De reparandis Ecclesiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

oratoriis & pastoribus, cay. ult. h. t. tam enim auctoritate Episcopi nova Ecclesia extrui potest etiam invito Reclere: imo & portio competens ex proventibus Ecclesie antiquae, si ea abundat, t. arbitrio ejusdem Episcopi assignari novae, d. cap. Ad audienciam versic. quia igitur Concil. Trid. Sess. 2. cap. 4. De reformat. non obstante juramento, quod Episcopus antiquae Ecclesie praefterit de rebus eius non alienandis, d. e. ult. si utique non adsit modis dotandi aliundo, & id fiat sine prajudicio possidentis, ut declaravit Sacra Coagregatio, teste Piaecc. d. loco nro. 2. Vnde Riccius Decis. 554. Imo si necceli fuerit, potest Episcopus compellere populum ad subministranda novo Parochio ea, quae sufficiant ad ejus sustentationem, Concil. Trid. d. e. 4. Ubi etiam statuit, quod Episcopus in humiliando procedere possit tanquam Sedis Apostolicae delegatus. Hoc tamen casu antiqua Ecclesia acquirit ius patrocinatus in novam, & ejus matrix dicitur d. cap. Ad audienciam, eique à nova honor exhibendus est: pars vero populi, quae nova Ecclesia supponitur, à jure prioris absolvitur, can. Præcipimus XVI. q. 1. Ceterum congrueret jam d. eis de Ecclesiis novis aedificandis statutum Concil. Trid. Sess. 25. cap. 3. De Regulib. ne de cetero illa Monasteria ad dominum tam virorum, quam mulierum, & mendicantium, sine Episcopi, in cuius diœcesi erigenda sunt, prius obtenta licentia erigantur, quod de re vide Zyp. De Iure post. novi lib. 3. Tit. De Regularib. n. 35, ubi etiam notat Carolum V. anno 1520. 29. Octob. edixisse, ne in Brabantia nova Ecclesia aut Capella redescientur, sub poena aedificatori infligenda & demotionis, juxta c. 1. inf. De opere manuist. quodque, uti non oportet novos Ordines sive Pontificis auctoritate institui, ita Confraternitates & Collegia censeantur illicita, que non sunt à Superioribus approbata, ex Charonda lib. 12. Ref. 64.

Leprosis vero sub communi vita simul congregatis permitti debet propriam habere Ecclesiam cum ecomiterio & presbytero. sine prejudicio tamen antiquatum parochearum, c. 2. h. t. * 8. Episcopo quoque pro sepultura propria Ecclesiam aedificare aut Monasterium construere, arque ex rebus Ecclesie, cui præsidet, dotare licet, hoc tamen discrimine, ut, si Monasterium construat, non nisi quinque-

simam partem; si vero aliam Ecclesiam, non monasticis formandam regulis, sed ob aliam causam, non nisi centesimam partem census Ecclesia, cui præsidet, conserte debet, c. pin. sup. De donationibus.

Porro obtinuit consuetudo ab antiquo recepta, ut versus orientem Ecclesie edificetur; de qua conuenienter testatur Clemens lib. 2. Apostolice Constitut. cap. 61. Piaecc. d. loco num. 5.

Quæque de novis parochialibus Ecclesiis extruendis ex necessitate & gravi causa, etiam ab ipso Rectoris consensu, jam diximus obtinuent quoque in Episcopatibus, ex simili necessitate & gravi causa de novo instituendis, arg. c. Sicut mox infra De excepib. Prælator, & ex Bernardo Epist. 131. docet Zyp. h. t. n. 14. subjugens, summo Reipubl. ac Religionis dono, ad instantiam Regis Philippi II. Pium IV. Pont. 4. Idus Maii 1559. crexisse novos Episcopatus in Belgio, & eorum dictatus in diœceses erigendas se parasse ab Episcopatibus, Leodiensi, Ultrajectensi, & Cameracensi, aliquique, credet Sedibus Episcopatibus Cameracensi & Ultrajectina, ac Collegiata Ecclesia Mechliniensis, in Archiepiscopales. Addens Archiepiscopum Mechlinensem, hinc Belgij Primas non sit, tamen inter ceteros esse primum, & in exequis Rudolphi Imp. Mechlinensi Cameracensem cessisse, vindicias ei addicente Serenissimo Principe nostro Alberto.

§. II. De reparandis Ecclesijs,

1. Ecclesia habet tacitam hypothecam in bonis ejus, qui dominum intulit.
2. Tenetur ad reparationem alii ex consuetudine, alii ex conventionibus.
3. His clementibus, ex fabrica reparari Ecclesia debent.

1. **A**d Ecclesiarum reparationem tenetur in primis, quicumq; sua culpa damnum intulerint, tam Jure divino & naturali, quam positivo, sive civili sive Canonico: adic ut Ecclesia, ex aequitate juris Canonici, in bonis eorum tacitam habeat hypothecam, & quidam potiorem tacita hypotheca mulieris, quam ea habet pro dote in bonis mani, atque etiam filii. Sic & Prælator vel Magistratus.

6K

ex ejus negligentia damnum accedit; tenetur.
2. Secundo, tenetur ii, ad quos consuetudine
legitime introducta (nisi laici sint) hoc onus
transmisit: cuius probatio, cum in facto con-
sistat, alleganti incumbit: qua de re vide Zyp.
b. t. n. 12.

Tertio tenetur, quibus ex specialibus lo-
corum statutis & conventionibus hujusmodi
reparatio incumbit: qualia statuta & conven-
tiones particulares plurimae sunt in his regio-
nibus.

Quarto, cestantibus statutis & consuetu-
dine, reparatio Ecclesiae fieri debet ex ea por-
tione, quæ à jure vel consuetudine ad fabri-
cam deputata est. Quod si vero vel nulla sit à
jure aut consuetudine at signata portio hujus-
modi, vel ea non sufficiat ad reparationem,
interpellandus st. Prelatus, qui decimas per-
cipit, quia non est ferendus, qui lucrum ample-
fatur, & onus ei annexum contemnit. Etsi ve-
ro decimas Feudales in manu laica jam ante
Concil. Lateran. existentes, sine immunes ab
onere reparandarum Ecclesiarum & alendorum
Parochiorum, quasi Feudi propriam naturam
habeant, prout declaravit Decisis Hollandica: 6
non tam illæ, quæ dominum aliquem Eccle-
sialicium agnoscent, prout tradit Zyp. Ut de feu-
di n. 3, uidi referentiam ea de re in Concilio
Brabantia latam. Quamquam focus videatur, si
Ecclesiasticus decimas percipiat, quæ non per
se revertæ sint ad Ecclesiam, sed in consequen-
tiam bonorum laicorum, quæ possident, quorum
aut sunt pars, aut ab iis dependent, & quorum
proinde naturam fortius & accessoriæ sequuntur,
ut post Molin. notat. Zyp. b. t. n. 13.

Quinto, praedictis non sufficientibus, Epis-
copis, Canonici, cæterique Clerici omnes in
eadem Ecclesia beneficiati, pro rata suorum
beneficiorum & fructuum, conferre debent, de-
dit eto eo, quod ad victimæ & vestitum decen-
tem est necessarium, c. i. c. De his 4. hoc. tit. can.
Si Monachus xv. q. 2. can. Decennimus x. q. 2. Ca-
pella Tholosan. Decis. 499. facit. Si quis à libe-
ris §. de alimentis D. de alendo liberis. Sic enim
rec privata debita aliter solvere tenetur Clericus
quam ne egeat; ideoque nec cedit foro, nec in-
carceratur, c. Odoardus sup. De solutionib.

Sexto, si ne ista quidem sufficiant eundum
est ad populum, qui ibi Sacra menta percipit,
nulla habita distinctiona inter nobiles & ignobi-
les, etiam si commido Ecclesias renuntiare vel-

lent: nec enim est in potestate parochiano-
rum, cui Ecclesie subsint & ubi Sacra menta
percipiunt ac divinis intuisint, cap. 2. sup. De
Parochiis.

Septimè, praedictis adhuc non sufficienti-
bus, potest episcopus fructus ac proventus
Capellarum, sub ipsa Ecclesia existentium, ad
eius refectionem deputare Capellani, unde
honestè vivant, reservata congrua & compe-
tentia portione. Vide Conc. Trid. Sess. 1. cap. 7
& declarat. Congregationis Concil. quam refert Ze-
rola p. 1. V. Visitatio dub. 9. incep. Si populus nolit.

Potest etiam eo casu Episcopus, que pro
male partis incirtis accipit à testatore aliquo,
in reparationem Ecclesiae convertere. Eodem.
que modo potest concubinarios condemnare
ad aliquam summam pro reparatione Ecclesiae.
Videatur Conc. Trid. Sess. 25. c. 14. Weyms. in
Analysis. Ad audiencem num. 21. & seqq. Hæc
omnia verò latius dedit & probat Pet. Pec-
kius Tract. de reparanda Ecclesie, ubi alias que-
stiones moyet & discutit.

TITULUS XLIX.

De immunitate Ecclesiarum, coemeterii, & rerum ad eas pertinentium.

1. Immunitas alia est Personarum, alia Locorum, alia Bonorum.
2. Personalis immunitas in quibus consistat.
3. In quibus consistat exceptio localis.
4. Confugientis ad Ecclesiam quatenus iure
azyli gaudent.

Post tractatum de Ecclesiis, qua ædifican-
dis qua reparandis, sequitur recto ordine
de immunitate tam ipsarum Ecclesiarum,
quam coemeteriorum, & aliarum rerum ad eas
spectantium, præsertim cum illa iæpè à laicis,
tanquam Ecclesiasticis plurimum infensis, vi-
olatur: cuius proinde tutio vel maximè ad
officium Clericorum spectat.

D d d

Imcas